



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXXX. De Occisione LV. Lethowinorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Carolus Beffare Trebirensis XIII. Mag. Gen. Ord. Teut.

multi utriusque partis graviter vulnerati fuerunt, & Fr. Th. de Piremont occisus & plures de infidelibus interfecti.

CAP. CCCXXVIII.

De

Suburbiorum destructione Castrorum.

Junigeda & Pista.

Anno Domini MCCCXVIII. in autumno frater Henricus Marschalcus cum magno exercitu venit ad castra Junigedam & Pistam, & utriusque suburbia, quæ tunc frumento de novo introducto superabundabant funditus cremaverunt.

CAP. CCCXXIX.

De

Exustione suburbii castri Junigede.

Anno Domini MCCCXIX. post festum Pasce idem Marschal-
lus cum multis fratribus & pugnatoribus navigio veniens,
voluit castra Junigedam & Pistam expugnare; sed cum ordina-
tio ab ipso statuta, quæ ad hujusmodi impugnationem fuit ne-
cessaria, debito modo non servaretur, indignatus omisso castro
Pista, quingenti viri occulte accesserunt ad castrum Junigedam
& invenientes ipsum præmunitum, solum ejus suburbium, sub-
verterunt.

CAPUT CCCXXX.

De

Occisione LV. Lethowinorum.

Hoc anno cum esset aquarum abundantia in solitudine Da-
vid Castellanus de Gartha cum octingentis viris exiens ad
CCC 3 *bel*

bellum ordinato exercitu suo insidiis, cum LXXX. viris intravit territorium Pruschiæ, dictum Wohensdorph, & combustis paucis domibus magnam prædam in hominibus & rebus aliis secum duxit. Quos Fr. Ulricus de Drielebe Commendator de Tapiovv, & Fr. Fridericus Quitz socius ejus cum paucis hominibus secutus, fracto prius ponte, quem Lethovvini transire debabant, LV. viros de ipsis occiderunt, & totam prædam, quam tulerant de ipsorum manibus eruerent. Reliqui fugiendo venerunt ad Insidias suas, & omnes perterriti simul recesserunt, totque pericula sustinuerunt in via, quod pauci ex ipsis incolumes sunt reversi.

C A P. CCCXXXI.

De
**Morte Marschalci & XXIX. fratribus
& multorum de populo Sambienst.**

Anno Domini MCCCXX. VI. Kal. Augusti i.e. tertia die post Festum B. Jacobi Apostoli, frater (a) Henricus Marschalcus cum XL. fratribus & e-quitibus de Sambia & de Memela ve- nit ad territorium Medenicam & dum primi præcursores secundum consuetos mores belli, ipsum transirent per rapinam & incendium devastingo gentes hujus territorii, jam paratae in armis, eos, qui sub vexillo erant constituti hostiliter invaserunt in bello & cadentibus ex utraque parte pluribus interfectis, tandem ipsum fratrem Henricum Marschalcum cum XXIX. fratribus & multis de populo occiderunt. Alii in solitudine errantes per plures dies & noctes consumpti inedia sunt reversi. Fratrem etiam Gerhardum dictum Rude Advocatum Sambiensem in- dutum

Anno Domini 1320. leprosi in Francia combusti fuerunt. Referebatur enim quod ipsi veneno aquas infecissent, de quo plures homines & pecora perierunt.